ſunt excelſi animi tui dotes, ingenij celſitudo, morum integritas. Hinc ego motus ſemper aliquid in tui oſſequium tibi largiri cogitabam; ſed cum nihil, quod mei proprium ſit, haberem, præſens celeberrimum opus tum ad Theologicam, tum ad Iuriſperitorum diſciplinam pertinens, voueo, ab homine non ſolum docto atque erudito, verum etiam pijſſimo, ac de eius Religione optime merito conſtructum. Interim vt hoc paruulum munus hilari vultu reſpicias, recipias, humili prece deprecor; & ſimul D.O.M. neſtoreos annos eoſque feliciſſimos tibi largiri deprecor. Vale. Panormi Cal. Februarij 1648.

Illuſtriſs. Dominationis tuę.

Humilliſſimus Seruus

Iacobus Maringo.